



# SUFFIXA

## 1 – GRAMMATICA ELEMENTA

Varia suffixa exstant latina:

**-ensis:** fingit adjectiva locativa.

*Lutetia* → *Lutetiensis*

*Lugdunum* → *Lugdunensis*...

**-(i)anus:** indicat filium gentemve.

*Romanus*

*gens Valentina* → *Valentinianus* significat filium aut hominem ex gente Valentinae  
*hortus Petri* → *hortus petrianus*, *opera Vergilis* → *opera Vergiliana*. Refert ad nomen  
domini vel scriptoris

**-(i)acus:** Gallicum suffixum. In Gallia, refert ad nomen domini.

*hortus Petri* → *hortus petriacus*

*Balbinius* → *Balbiacum* (vulgo Bobigny). Sic formata sunt nomina urbium  
locorumve quae hodie finiunt in -ac, -ay, -ey, -é, -y

**-o:** indicat magnam partem corporis.

*Naso, Mentulo*...

**-tor, -trix:** indicat hominem qui agit.

*regere* → *rector, rectrix*

*amare* → *amator, amatrix*...

**-ulus:** diminutivum, affectivum.

*parvulus, puerulus, puellula*...

**-ellus:** diminutivum.

*capra* → *capella*

*sacrum* → *sacellum*...

**-unculus:** diminutivum pejorativum.

*homunculus, portiuncula*...

**-ies:** fingit adverbium indicatque iterationem sive repetitionem.

*quoties, millies, quinquies, pluries, multies*...

**-icus:** indicat pertinantiam, vel victoriam.

*lingua italica* pertinet ad Italiam

*Germanicus* vocatur qui Germanos vicit

**-tim:** adverbium fingit.

*paulatim, gradatim, acervatim, sensim*...

**-ter:** hoc suffixo elaborantur adverbia adjectorum tertiae declinationis.

*eleganter, viriliter*...

**-sum:** adverbium fingit, indicatque directionem.

*sursum, deorsum, retrorsum*...

**-itare:** pro verbis, indicat repetitionem.

*rogitare, clamitare*...

**-izare:** Graecum suffixum. In verbis indicat mutationem creationem, immitationemve.

*rythmizare, baptizare, romanizare, hellenizare...*

**-scere:** in verbis designat mutationem vel incipium.

*florere → florescere*

*convalescere, erubescere...*

**-issimus:** adjективum fortiter confirmat.

*dilectissimus, notissima...*

**-inus:** adjективus indicat pertinentiam.

*caprinus, suinus...*

**-eus:** adjективus indicat materiem.

*ligneus, igneus, aureus...*

**-genus:** adjективus indicat originem.

*indigenus, francigenus...*

**-bilis:** indicat facultatem.

*edere → edibilis*

*intelligere → intelligibilis...*

## 2 – SCRIPTUM EX PAGINA INTERRETIALE EPHEMERIDE, 2009

### PRIMA VOX HOMINIS IN ARCHIVIS REPERTA

“Agnellum Maria habuit, candidum sicut nix. Quocumque ambulabat, sequebatur eam” – haec verba a Thoma Edison, maximi momenti in historia mundi inventore Americano, anno 1877 phonographio inscripta, putabantur adhuc primae voces humanae esse, quae artificialiter servari contigerat. Nunc tamen studiosi Americanae laboratrinae Laurentianae (Lawrence Laboratory) universitatis studiorum Californensis urbis Berkeley reppererunt primam umquam vocem hominis in sempiternum servatam esse cantilenam inventoris Gallici, Eduardi-Leonis Scott de Martinville, qui anno 1860 ad tubam phonographi cylindrici cantavit: “In luce Lunae, Petrue carissime” (« Au clair de la lune, mon ami Pierrot »). Inscriptio cantileneae latebatur adhuc in archivis Gallicae Academiae Scientiarum, quibus adsunt etiam veteriora (annorum 1853-54) conamina eiusdem inventoris Gallici vocem inscribendi, sed haec hodie tantum fragores parum intellegibiles producunt.